alio quovis evadendo. Itac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Lesniowski Orzechowskiemu donat.

Ex Copia

Coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premyslien[sibus] Comparentes personaliter Generosi Maximilianus de Zimnowoda Lesniowski Generosi Stephani de eadem Zimnowoda Lesniowski Vexilliferi Terrae Sanocen[sis] filius et Anna de Kierzkowskie olim Gnosi Stanislai Nicolai de eadem Kierzkowski Kierkowski ... cemis Sanocen[sis] cum Generosa Zophia de Bilsko procreata filia Coniuges legitimi sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competen[tibus] recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali Premyslien[si] Jurisdictioni quo ad Actum modernum attinet seque suosque Successoribusque ac bonis suis generaliter omnibusque totaliter et plenarie incorporando ac subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem praefata Generosa Consors cum eiusdem mariti sui Viri ac tori Coniugalis personali assistentia et Ultroneo ad infrascriptam recognoscenda Consensu, Bona sua propria et haereditaria memoratus vero Gnosus Maximilianus Lesniowski iuribus suis subiecit infrascripta videlicet totas et integras Villas Jablonka, Nacbocko, Netrebka et Rybki in Palatinatu Russiae Terra vero et Districtu Sanocen[si] iacen[tes] et consisten[tes] cum Curiis et praediis eadem Sit cumque omni praemissorum iure Dominio proprietate haereditate titulaque haereditario cumque omnibus et singulis eorundem bonorum Utilitatibus fructibus proventibus redditibus obventionibus Commoda et emolumentis tum Agris pratis campis pascuis hortis pomariis Sylvis nemoribus indaginibus rubetis Vepretibus Stagnis piscinis me...

gnis

onis ac parvis fluviis fluminibus litoribus aquarum decursibus rivis
rivulis molendinis tabernis horreis hortis structuris aedificiis
quibusvis apibus apiteriis apum mellificiis nec non subditis cmetho
nibus hortulanis inquilinis tam in eisdem bonis residen quam a lim
de profugis quorum repetendorum facultate ac supra scripta Generoso
Donatario per praesentes conceditur eorumque Laboribus censibus datio
nibus vecturis muniis obsequiis et officiis quibusvis nec non cum iure
patronatus praestandorum quorumvis beneficiorum Ecclesiasticorum
tam Romani quam ritus Graeci attinentibus et pertinentibus generaliter
universis Nihil ex praemissis bonis Iuris Dominii proprietatis ac
iuris competentiae et praerogativae pro se Recognoscentibus suisque
Successoribus aut quopiam alio reservando seu excipiendo de omni
bus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem
et e contra in nullo derogando Verum ita late longe circumferen
tialiter prout praefata bona haereditaria de in suis metis et limiti
bus ab antiquo extendunt et protendunt et prout praefata bona ipsi
met Recognoscentes tenuerunt habuerunt et possidebant ipsosque con
cernebant ac eisdem legitime serviebant. Iam ex nunc et de facto
Generoso Hieronimo de Orzechowce Orzechowski Iudici Terrestri
Sanocensi eiusque posteris dederunt donaverunt inscripserunt et resi
gnaverunt prout praesentibus dant donant ac titulo puro mero
ac irrevocabilis Donationis inscribunt et resignant perpetuo et
in aevum irrevocabiliterque nec non de omnibus Iuribus Inscriptio
nibus Privilegiis [illegible] graniciis aliisque quibusvis dispositioni
bus bonis iisdem praesentibus donatis servientibus eademque afficientibus cesse
runt et condescenderunt prout cedunt et condescendunt praesentibus
In quorum quidem bona praesentibus donata et resignata iam ex
nunc et de facto iidem Recognoscentes Generosi Lesniowscy Coniuges
praefato Generoso Hieronimo de Orzechowce Orzechowski Iudici
Terrestri Sanocensi Donatario suo eiusque posteris coram Officio praesenti
Iten

sentiant et admittunt realem Intromissionem et Actualem pacificamque
possessionem per Ministerialem quemcunque Competentem et Nobiles
duos vel quoscunque Voluerit Officiose acceptandam Per ipsum Generosum
Hieronimum de Orzechowce Orzechowski Iudicem Terrestrem Sanocensem
Donatarium Suum eiusque posteros haec eadem bona praesentibus dona
ta cum omni iure dominio proprietate et haereditate Competentibusque
et praerogativa quavis tenendi habendi et possidendi illisque qui
ete et pacifice utifruendi ac ad suos suorumque Successorum quosvis
beneplacitos usufructusque libere et effectualiter Convertendi perpetuo
et in aevum. Debentque et tenebuntur memorati Recognoscentes Generosi
Lesniowscy Coniuges prout se ac suos successores in et super bonis
suis generaliter omnibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et ha
bendis Supradicto Generoso Orzechowski Iudici Terrestri Sanocensi Do
natario suo inscribunt et obligant praesentibus ipsum et eius Successo
res in dictis bonis praesentibus resignatis et ratione eorundem ab
omni et quavis impetitione Iuridica quarumcunque personarum Cuiuscunque
Conditionis Status et Sexus Cuiusvis existentium per omnes processus
Terrestres prout ad quamlibet personam Terrestrem Spectat et pertinet pro
Scripto in omni Iudicio et Officio Regni Semper toties quoties
opus fuerit tueri defendere evincere intercedere et eliberare in
demnemque cum posteris reddere nec non bona eadem praesentibus
donata et resignata ab omnibus in genere Iuribus et inscriptionibus pro
nunc et posterioribus Dotium Dotalitionum Reformationum Advitalitatum
super eadem bona modo quovis cuicunque personarum factis et faci
endis tum etiam a quibusvis Citationibus in eadem bona importatis et
importandis Literis Decretisque et Processibus Iuribusque quibusvis
in quocunque puncto et gradu Iuris dependentibus et in quovis Iudicio
et Officio Regni obtentis et obtinendis ac super praefatis bonis praesentibus
donatis perductis et producendis emundare et eliberare mundaque et libe
ra semper facere ac etiam Intromissionem praefatam coram Officio obtentam
admissam in fundo bonorum praefatorum praesentibus Donatorum ducendam

Ministerialem et Nobiles duos officiose requirent non denegare imo
debebit et tenebitur eandem libere dare et effectualiter admittere da
taque et admissa eadem Possessionem et usufructum praemissorum bonorum
modo quovis tam per se quam per suas quasvis submissas et subordi
natas personas non praepedire nec adimere ipsumque Generosum Judicem Ter
rae Sanocensis Donatarium suum eiusque posteros in praemissis omnibusque nullo
modo iniuriari ita ut eadem bona praesentibus donata et resignata sup
rascriptus Generosus Orzechowski Judex Terrae Sanocensis Dona
tarius suus cum suis posteris quiete et pacifice praesenti Inscri
ptionis Donationis vigore tenere habere et possidere queat et possi
t in perpetuo et irrevocabiliter idque sub damnis Terrestribus
simpliciter absque corporali iuramento taxandis et edicendis per praed
ictos Recognoscentes Generosos Lesniowski Coniuges suae eorum poste
res suprascripto Generoso Orzechowski Judici Terrae Sanocensis
Donatario sibi vel ipsius Successoribus ob non Complectionem prae
missorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quo
ties opus fuerit solvendis succumbendo. Nihilominus iidem Reco
gnoscentes Generosi Lesniowscy Coniuges debebunt et tenebuntur prius
se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus
summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Ge
neroso Orzechowski Judici Terrae Sanocensis Donatario suo eiusque
posteris inscribunt et obligant praesentibus Amicos binos suos Reco
gnoscentis vero Magnificae Generosae Annae Lesniowska de linea pater
na proximiores ad consentiendum praemissis super Inscriptionem prae
sentem donatoriam tandemque approbant ad Acta quaevis authenti
ca Regni perpetua intra decursum duodecim septimanas statuere
et personaliter adducere absque ipsorum expressa debite exequitione essent
idque sub aliis similibus damnis Terrestribus simpliciter absque corporali
iuramento taxandis per eosdem Recognoscentes Generosos Lesniowski
Coniuges suae eorum posteros ob non statuitionem suprascriptorum amicorum
[illegible] vero Recognoscentium Generosae Lesniowska proximiorum ad exequ

da præmissa pro tempore et loco superius expressis supradicti Generosi Orzechowski Iudicis Terræ Sanocen: Donatario suo eiusque posteris ad solvendum succumbendo Pro quibusquidem Damnis Terrestribus simpliciter absque Corporali iuramento taxandis et eadem modo præmisso ad solvendum succumbetur ac in aliqua Principali ex præmissis non completa complenda stant existentes memorati Recognoscentes Lesniowscy coniuges suoque eorum posteri Ad instantiam suprascripti Generosi Hieronimi Orzechowski Iudicis Terræ Sanocen: Donatarii sui velque successorum ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premyslien: extunc recessu supradicto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare sui parere respondere Damna sua taxata Terrestria simpliciter taxata luere inscriptioni præsenti satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebuntur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus eundem terminum primum peremptorium uti et alios omnes eiusdem consequentes causæ eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Electorem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quiescentionem præfertur item processus Officii præfati Castren: Capital: Premyslien: terminos dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis simplicibus vel duplicatis evasionibus suspensionibus fatalibus Iuris processus Terrestri Bello convocatione ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis eundo hac sua personali Recognitione ad Acta eadem mediante

Iidem mutuo roborant
Intercisam inter se.